



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **De Collegiis Canonicoꝝ Per Germaniam, Belgivm, Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani Prouincias, Liber Singvlaris**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1615**

Capvt XXXIX. Andlovvense Collegivm Canonissarum in Germania.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11227**

## CAPVT XXXVIII.

## S. VVALBURGIS COLLEGIVM

*Furnense in Flandria.*

**F**Vrna insigne est Flandriæ opidum, in quo splendidum est hodie Canonicorū Collegium, quod olim Benedictini instituti monasterium fuit. De cuius origine hæc ferè Meyerus in Annalibus Flandriæ. *Anno circiter IOCCCLXX. Balduinus ferreus Flandriæ Comes, Carolū Caluum Francorū Regem comitatus in Sueuiã, deportauit inde secu corpora SS. Vualburgis, ac fratrū eius Vuilibaldi & Vuinniboldi, eaq; magno cū honore Furnis seruanda tradidit, tēplo sacerdotibusq; ad id institutis, Benedictini nominis, qui postea Canonici facti sunt. De hisce Diuis vide Mart. Rom. 1. Maij, & 7. Iulij, itemq; Natales Belgicos Molani.*

Ceterum Furnensis collegij Præpositurā à nobilissimis olim viris administrari solita, vnita nunc est cum Episcopatu Iprensi.

## CAPVT XXXIX.

## ANDLOVVENSE COLLEGIVM CANONISSARUM in Germania.

**A**Ndlovv, antiquitus Andelahā, ab eiusdē nominis Fluuio, vel Helionis cenobium in pago Helifatia, S. Fabiano, & Felicitati sacrum, Canonissarum celebri loco natarum opulentum collegiū, ad montana Vosagi sitū, pro XII. Canonissis, totidēq; Canonicis fundatum.

fundatum liberalissimeque dotatum est anno Christi 880. aut vt alij volunt, 888. à S. *Richarda* Scotorū Regis filia, Caroli Crassi Romanorum Imperatoris coniuge; quæ per diuortium à marito segregata, ibi vixit, mortua, & honorifico tumulo post summam arā in sublimi collocato, sepulta est. Maritus verò Carolus Crassus *Neydingi* in pago ad Danubiū sito (in quo nunc etiam monialium congregatio est à *Fursteburgensibus* Comitibus fundata) interfectus anno Domini 888. Cubat in *Augia Diuite*. Causam dissidij inter hos coniuges recitant *Regino Abbas Prumiensis* & *Cuspinianus*. Dicitur in hoc ipso cenobio adseruari pars reliquiarū S. *Lazari* à Christo resuscitati. Sic fere *Bruschius* in *Chronologia monasteriorum Germaniæ*.

## CAPVT XL.

S. PIATI SECLINIENSE COLLEGIUM, in *Flandria*, & S. Piaty Carnutense in *Francia*.

H Vius mentio fit lib. III. *Decretalium* de *Præsb.* cap. 17. & 18. Initia eius attribuant *B. Eligio* *Nouiomensi* ac *Tornacensi* Episcopo, qui S. Piaty Martyris corpus repperit, loculoque inclusum *Seclini* collocavit, instituto ibidem clericorum collegio. Anno autem 881. sæuiente *Normannica* persecuti-  
one